



Universitätsbibliothek Paderborn

**Stephani Balvzii Miscellaneorvm Liber ... Hoc est,
Collectio Vetervm monumentorum, quæ hactenus
latuerant in varijs codicibus ac bibliothecis**

Baluze, Etienne

Parisiis, 1679

Callisti II. Papæ epistola ad Berengarium Abbatem monasterij Crassensis
in Septimania.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14735

C A L L I S T I II. P A P A
epistola ad Berengarium Abbatem monasterij Crassensis in Septimania.

Anno 1119.

CAlixtus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Berengario Crassensis monasterij Abbat salutem & apostolicam benedictionem. Et justitia ratio & rationis ordo nos admonet & compellit Ecclesiarum destitutioni paterna sollicitudine provide re, illarum maxime quæ specialiter ad sedem videntur apostolicam pertinere. Siquidem beati Petri de Valeriis Ecclesia, quæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ juris est, interius exteriusque attrita & tam in spiritualibus quam etiam in temporalibus plurimum diminuta est. Eapropter nos eidem loco affectione debita providentes, tibi, dilekte in Christo fili Berengari Abbas, tuisque successoribus sub censu annuo duorum aureorum regendum disponendumque committimus cum omnibus ad ipsum pertinentibus & cum omni libertate atque immunitate quam e Dominus prædecessor noster sanctæ memorie Pal chalis Papa per privilegij sui paginam concessisse d noscitur, quandiu videlicet vos apostolicae sedis communionem & gratiam habueritis & in monasterio vestro monastici ordinis disciplina Domino pra stante viguerit. Confidimus enim de omnipotenti Dei misericordia & religione vestra quia per industriam vestram locus ille in religionis statum reduci & in temporalibus etiam debeat per Dei gratiam augmentari. Vestra igitur interest & in Romanz deinceps Ecclesiæ obedientia & servitio devotius & enixius permanere & de loci ipsius incremento ita sollicitudinem gerere ut largiente Deo hac semper habeamini

P A
onafit.
dilecti
Abbas
justitia
ellit Ec
rovide
viden
Petri de
esia ju
n spin
um di
ectione
fili Be
nsu an
umque
entibus
uam ei
ia Paf
isse di
x sedi
onaste
no pra
orenti
r indu
reduci
gratiar
omana
tiū &
nto ita
Semper
eamini
habeāmini grātia digniores. Si qua sanē persona te-
merē, quod absit, nostrā huic commissioni obviare
tentaverit, honoris & officij sui periculum patiatur,
aut excommunicationis ultione plectatur, nisi præ-
sumptionem suam digna satisfactione correxerit.

Ego Calixtus catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Iohannes Presbyter Cardinalis de Titulo
sancti Grisogoni.

Ego Petrus Diaconus Cardinalis sanctorum Cos-
mae & Damiani.

Datum apud sanctum Theodardum per manum
Grisogoni sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardi-
nalis ac Bibliothecarij xiiii. Kalendas Augusti, In-
dictione xii. dominicæ incarnationis anno m̄c̄xix.
Pontificatus autem Domini Calixti secundi Papæ
anno primo.

E IV S D E M E P I S T O L A
ad illustrem feminam Iussolinam & filios
ejus, ejusdem argumenti cum superiore.

C Alixtus Episcopus servus servorum Dei dile- Anno m̄c̄xix
ctæ filiæ Iussolinæ illustri feminæ & filiis ejus
Petro Sicardi & Rainardo de Perignano salutem &
apostolicam benedictionem. Gratias omnipotenti
Deo & nobilitati vestræ referimus quod beati Petri
de Valeriis Ecclesiam, quæ Romanæ Ecclesiæ juris
est, tamquam boni patroni & juvistis hactenus &
fovistis. Rogamus autem ut id ipsum deinceps me-
lior per Deigratiam faciatis. Nos enim destructioni
ejusdem loci affectione debita condolentes, eum di-
lecto filio nostro Berengario Crassensi Abbatii & suc-
cessoribus ejus regendum disponendumque commisi-
mus cum omnibus honoribus & possessionibus suis

N